Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II.
Wien, 1794 Seite 1471
Quelle:
Copyright:



*ſecundum veritatis teſtimonium Matth. 19. ad ingreſſum* &c. ut alibi.

XXV. *fol.* 181. *De Diabolo et membris eius.* Init: *Fertur quendam fratrem inflatum ſuperbia* &c. ut alibi.

XXVI. *fol.* 184. p. 2. *De Religione priuata.* Init: *In materia de religione priuata ponitur* &c. ut alibi.

XXVII. *fol.* 191. *De gradibus cleri eccleſie.* Init: *Cum ſcientia inflat ſecundum apoſtolum* &c. ut *Cod.* CCCLXXXV. ubi inſcriptum: *De graduacionibus ſcolaſticis.*

XXVIII. *fol.* 194. p. 2. *De Eukariſtia.* Init: *In materia de eukariſtia eſt quedam poſicio heretica* &c. ut *Cod.* CCCLXXXV. ubi tantum inſcribitur: *Poſicio Diſcipuli M. Johannis.*

XXIX. *fol.* 209. p. 2. *Paſtorale.* Init: *Cum duplex debet eſſe officium chriſtiani* &c. ut alibi. Hic accedit in fine Index.

XXX. *fol.* 226. p. 2. *De religione priuata.* Init: *Utrum religio priuata ſit datum optimum* &c. ut alibi. Ad calcem: *Explicit hoc opuſculum finitum in aduentu Anno domini Milleſimo Quadringenteſimo decimo.* Codex Marginum Summariis, ut alii hactenus relati, diligenter inſtructus, et hinc inde voculis *Bohemicis* adſperſus eſt.

CCCXC.

935 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 83. 4. non una manu, ſed maximam partem nitide ſcriptus ſequentia continet *Joh. Wicleſi* Opuſcula: I. *Logicam*, cujus initium: *Motus ſum per quosdam legis dei amicos certum tractatum ad declarandam logicam ſacre ſcripture compilare* &c. Quamvis *Baleus* et *Tannerus* varia enumerent Scripta Noſtri logicalia, neuter tamen hujusmodi initium tradit. Vides, quo ille Logicam ſuam referat, Theologiae ſuae videlicet jam inde praeſtruens. Extrema ſunt: *Ergo paulus non erit perfectior quam petrus.*

II. *fol.* 16. absque inſcriptione *Logicae* Continuatio ſequitur hoc initio: *Iuuenum rogatibus quibus afficior ſuperatus tres tractatus Summulas ſuppoſitiones et conſequentias quas eis collegeram continentes pro faciliori doctrina ſuperioris partis logice propono contexere* &c. *Summulas Logicales* adpellat *Baleus*, quibus iſtud initium ſtatuit, atque *de Propoſitionibus excluſivis et exceptivis* peculiarem Librum facit, qui tamen Tractatum noſtrum ſecundum *fol.* 27. conſtituit. Tertium Tractatum, qui *de cunctis Speciebus yppotetice* agere deberet, in *Codice* non reperio.

III. *fol.* 58. *Tractatus*, ut e calce adſumo, *de Vniuerſalibus.* Praeit Elenchus Capitum. Initium Tractatus: *In purgando errores circa uniuerſalia ſunt tria introductoria premittenda* &c. Ut alibi. Ad calcem minio: *Explicit — venerabilis Magiſtri Johannis de wykliff doctoris eximij.*